

me encommendaron instantamente con una misma boz y ánimo para ofrecerlo y consagrarlo, en su nombre á V. M. que pues no pueden en manera alguna agradecer como devén estos beneficios que de mano de V. M. han recibido, ofrecen de ser eternamente agradecidos como pudieren de manera que todo lo que agora son y seran en algun tiempo, en esta vida ó en la otra, serviran siempre á V. M. y assi ofrezco los animos, ofrezco las fuerças, pongo en manos de V. M. todos nuestros conatos, desseos, vidas y muertes, y no solo de nosotros, sino tambien de nuestros padres, amigos, y parientes y de todos los Cathólicos de Ynglatierra.

En toda esta oracion (hecha del P. Personio y pronunciada de la bocca de vn mancebito yngles y publicada del dicho Personio in varias lenguas por todo el mundo) no si haze otro que dar espuelas al Rey Católico de seguir la empresa de Ynglatierra parte (reinuestansi) artificiosamente sus fuerças al Rey, y parte con vanas promessas y ofrecimientos de las fuerças de los Católicos Yngleses.

All this speech was written by Parsons and published by him in various languages to spur the King of Spain to help the English Catholics, partly by his own forces, partly by vain promises of help from England.

15. *Ex Supplicatione Patris Roberti Suthvelli Jesuitæ ad Reginam Angliae anno Dñi 1595 impressa,^a et publicata Jesuitis in Anglia post eius mortem, cuius nomen licet non sit affixum patet tamen ex stilo et manuscripto de quo diù mirifice gloriabantur Jesuitæ, ex fama publica et testibus in Anglia fide dignissimis, ab eo fuisse confectum et ex confessione impressoris qui eam ob causam suspendio fuit affixus,^b à Jesuitis fuisse impressum;*

'A Humble Supplication to Her Majestie, printed anno 1595,' was written, says Mr. Sidney Lee, in 1591, but probably first issued in 1600. Father Southwell was executed Feb. 21, 1595. Two copies of his *Supplication*, seized by the government, are now in Lambeth; and one is in the British Museum. (*Dict. Nat. Biogr.*) The extracts from the *Supplication* and 'Green Coat' were handed to the French ambassador for delivery to the pope, on August 22.

^b James Ducket, bookseller, executed April 19, 1602, was charged with publishing the *Supplication* and having in his possession twenty-five copies of an edition printed early in that year (Pollen, *Acts of English Martyrs*, p. 245).

verum ne in eos odium nominatim deriuetur satis erit ad Scandala tollenda, quæ Catholicis ex hac impressione sunt exorta, librum ipsum sine authore condemnare.

Fol. 73. Satis justam belli causam dicit fuisse Regi Catolico inuadendi Angliam quod inter cetera opem tulerunt Regi Christianissimo, id temporis inimico Hispaniæ, contra jus et titulum Infanteæ filiæ Regis Catolici quod habuit in Britaniam; quod ualde iniuriosum uidetur Regi Christianissimo et Coronæ Franciæ.

54, f. 133. Fol. eodem. Neque leuis est iniuria illata Celsitudini tuæ, cum sacratam illam manum tuam à talibus cogitationibus directam quæ dedignantur falsitates patronas habere vestrarum actionum uideri uelint authorem huius sententiae.^a

Fol. 84. Reginam excusat tanquam persecutionis insciam, et ledissimam, tenerrimam, et inimicam crudelitatis.

Fol. 86. Quod nunquam procedere posse speramus à tam molli et gratioso Judice, sicut est sacrata sua persona, aut sicut es tu ipsa sacrata ibidem; quod est magis incidens in illam mitissimam temperiem excellentissimi animi sui.

Fol. eodem. Accipe igitur (Princeps clementissima) et consule in bonam partem omnia humillima obsequia, et fidelitates nostras quæ cum cogitationibus fidissimis, et resolutionibus seruicij plenis sunt sine aliqua simulatione despontata in maiestatis vestræ defensionem.

Fol. 70. Tanquam honoris causa notat P. Personium et laudat, quod non sit nouitius in scientia secretorum et intelligentiarum Principum, quod tamen ipse libenter non confitetur.

Fol. 88. Laudi dat P. Personio quod sit Veteranus in rebus politicis.

Fol. 61. Reginam mira adulatione excusat tanquam à persecutione abhorrentem.

Fol. 56. Virtutem Reginæ in uita illa quam sibi elegit celibi et innupta laudat.

* Something wrongly copied in this sentence,

Fol. 56. Dicit Papam in sacerdotibus initiandis nec sibi vindicare nec acquirere maiorem in Anglia auctoritatem quam qui Basiliæ aut Geneuæ sunt Pseudoministri in creandis ministris protestantibus.

Fol. 46. Vestra Regalis maiestas semper subjiciendo desideria 54, f. 133b. sua virtutis normæ et regalitatem suam moderando magis uoluntate ignoscendi quam potestate interficiendi numquam consensum prebuit tam uilibus et horrendis imposturis.

Pag^a 1^{ma}. Potentissima, misericordiosissima maximèque amanda et timenda Princeps.

2. Bonitas maiestatis vestræ perfecta in omnibus officijs Principe dignis, solaque nostræ iustæ spei anchora sacra.

27. Quem ad finem persuaderemus Catholicis, ut vestræ matⁱ debitam obijciant obedientiam; quando nec nobis nec ipsis hoc prodesse queat.

28. Si incorrupta ratio judex constituatur, nunquam pronunciabit infidelitatem sequi posse, ex quocunque nostræ Religionis articulo, quæ sanè religio nos magis astringit quam alios quoscunque ad exactissimam submissionem prestandam Vestræ temporali auctoritati, ad eaque omnia honoris ac fidelitatis obsequia quæ Catholici populi aut nostris suæ aut anteactis temporibus cuiquam Principi Christiano debita agnouerunt et detulerunt.

42. Si illi consiliarium quem, imo si V. M^{tem} sacram, à Regno sustulissent (id quod Dei bonitas hactenus nec permisit nec, ut sperare licet, in posterum permettit) consilia tamen sua ne speciem quidem optati exitus habuissent.

34. Sacrum nomen nostræ nobilissimæ Reginæ tale est, ut 54, f. 134. proximè post dei uerbum inter firmissima ueritatis testimonia honorandum sit.

59. Obiectum aliquando sacerdotibus fuit, quasi de uita sacrae maiestatis vestræ aliiquid moliti essent, quæ res est adeo institutis eorum contraria, atque à cogitationibus suis publicaque utilitate aliena, ut qui rationem in consilium adhibebit, is nulla ratione

existimabit sacerdotes tam stultos, ut rem non modo tam inutilem prorsus sed etiam penitus odiosam uel cogitarent, multo minus perficerent.

60. Nemini obscurum esse potest quam pernitiosum futurum sit sacerdotibus ac Catholicis vestræ maiestatis protectione destitui.

60. Mors maiestatis vestræ infinitam perturbationem rerum inferret maioremque omnibus calamitatem quam Catholicis consolationis causam, ut nos sacerdotes illam machinari esset non solum impium in patriam, sed etiam in nosmetipsos iniuriosum.

62. Malumus nos vestræ confidere clementiæ, ijsque fauoribus et gratijs quas M^{tas} Vesta secundum Deum nobis facere maximas potest, quām in humana quadam in Dei unctos uiolentia pestem patriæ et nobismetipsis incommodum illud quo nihil grauius importare.

62. Quatenus vero obijcitur aliquos nostrum affirmasse: uelle se Papæ exercitus partes tueri contra nostrum Regnum; est sane nullo modo uerisimile nisi ex fragili lingua tormentorum ui prodijsset.

67. Hoc vestræ maiestati firmissimè asseueramus quisquis ille fuerit, uel cuiusque generis exercitus qui contra te uenerit, potius pectora nostra inimicorum gladijs transfodienda obijciemus, quam gladios nostros in patrij sanguinis effusionem conuertemus. Hæc, et similia habet ista supplicatio pag. 23. 30. 26. 66. et alibi. Neque male affectus animus, neque ueritas, sed tortura sola linguam direxit quæ locuta est talia procul dubio fuerunt uerba illa allegata de tuendis partibus exercitus Papæ contra nostrum Regnum si unquam de ore sacerdotis prodierunt aut alitè ab aliquo imperito laico fuerunt dicta. pag. 66. unde concludit non esse ueram illam propositionem debere sacerdotem Cath. tueri partes exercitus Pontificij contra hereticos.

16. *Titulus libri.*

Exemplar Epistolæ cuiusdam scriptæ à Mag'ro quodam Artium Cantabrigensi ad Amicum suum Londini agentem de vita, moribus et actionibus Comitis Lecestrensis et amicorum in Anglia.

Quæcunque concepta dicta aut publicata sunt in hoc libro cum protestatione efficacissima bonæ voluntatis et affectionis obsequij plenissimæ erga ecc^{mam} maiestatem suam et totum Regnum scripta 54, f. 115. esse intelliguntur quibus solis et vsui et commodo esse possit multis communi.

Libellus iste à Catolico conscriptus in hominem hereticum, eo usque heretici personam et laruam induit ut multa in religionem, in ceremonias, in Papam ipsum dicat scandalosa, hæresim sapientia, et ualde ridicula et contemptus plena.

Huius libri auctor publica fama habetur P. Personius, qui personam heretici induens, multa dicit in hominem hereticum uera et in Republica civili castigatione digna, uerum ut hæc liberius promulgaret, multa dicit in preiudicium Religionis Cat^æ. et consura ecclesiastica digna.

Argumenta quibus probatur Patrem Personium huius libri auctorem fuisse sunt publica fama, stilus optimè et familiarissime quamplurimis notus, confessio D'ni Caroli Arundelij qui se confessus est huic libro subiectum et materiem subministrasse, P. autem Personium methodum, stilum, et formam. Huic accedit Ill^{mi} Car'lis Alani calculus qui, tali asperitate aut supercililio librum tales promulgari, putauit periculosissimum, at priuata quædam obiectorum Licestrensi priuatim mittenda censuit ad hominem mitigandum, uel deterrendum. P. vero Personius contra aliorum mentes libellum hunc in persona heretici conceptum et concinnatum divulgauit.^a

^a "The Copie of a Letter wryten by a master of arte of Cambridge to his friend in London concerning some talke past of late between two worshypful and grave men,